

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Honestas c
cum uariis

Nichil turpe faciendum bono uiro, eciam si ex omni parte lateat, eciam si omnes deos hominesque celare possimus. Nichil tamen in nobis auare, nichil iniuste, nichil libidinose, nichil incontinenter esse faciendum. Sapientis enim est proprium nichil quod penitere possit facere, nichil iniuste, sed splendide, constanter, grauiter, honeste omnia.

Tullius libro III. de officiis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

iniuste] iuste (*cor. supra lin.*) C; nichil *om.* L²; libro *om.* P V¹ V² L¹ L²